

Mythologia, Venise, 1567 - X [81] : De Actaeone

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[81\] : De Actæone](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 24 : De Actaeone](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[81\] : D'Acteon](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[81\] : D'Acteon](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - X [81] : De Actaeone, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 17/09/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1024>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s) Grec ancien

Pagination 300r°-300v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Actéon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Gigantibus.

SIC etiam Gigantum fabula illorum arrogantiam deprimit, qui confisi magnitudini suarum virium, vel religionem Deorum, vel Deos ipsos parvificiunt. Nam certe quidem qui plurimum valent viribus, illi minimum pollutent ingenio. Hi igitur cum impudentes, & temerarii, & crudeles, & ad omnia flagitia propensi sint, facile Dei vltionem in se conuertunt, cum nullum scelus deniq; impune committatur, quare cœlesti fulmine ita sempiternis suppliciis apud inferos, & perpetuis miseriis fuerunt addicti.

De Typhone.

AD explicandam ventorum quoque naturam, vel incendiorum subterraneorum, non inelegantem fabulam de Typhone antiqui excogitarunt, qui capite illum cœlum pertingere dixerunt, & altera manu orientem, altera occidentem pertingere. Venti enim à superiore aeris parte è nubibus perflare incipiunt, & vel orientem vel occidentem versus latissime perflant. Ad celeritatem ventorum exprimendam totum corpus plumis tectum Typhonis esse dixerunt, cui plura erant capita propter vires ventorum multiplices; cum enim aliquando sint noxii, Typhoni viperarum spiras circa crura tribuerunt. Hunc Iupiter comprehensit, quia cœli & solis temperies his moderatur. Quam tamen fabulam alii ad historiam deduxerunt.

De Paride.

POSTE A vt non solum à temeritate & arrogantia homines abstine-rent, sed ab omni parum honesto animi impecu, qui se dignos putant, vt ex-teris dominentur; Paridem fixerunt pro libidine opes ingentes, & sapientiam Dearum neglexisse; atque illud iudicium obstinatè à suis polliciis defen-sum vniuersum Asie imperium funditus euertere. Sic igitur ad imperato-rias virtutes homines per hanc fabulam adhortabantur, ad temperantiam scilicet, & sapientiam, & Deorum metum, cum neque nobilitas, neque vi- res, neque opes dignæ sint imperio, si sapientia, & iis virtutibus, quæ nec-es-sarie sunt, ex teris imperaturis careant. Quis enim vel improbo vel fulto iudicio diu luctari poterit? aut cui non vel sua scelera tandem molesta sunt? ne igitur temeraria iudicia fierent, & quantæ calamitatis autor sit libidino-fus & dolosus iudex ciuitatibus admoneremur, hæc ficta sunt ab antiquis.

De Affzone.

ATQVE cum ad beneficentiam & liberalitatem & humanitatem nos sapientes per superiores fabulas adhortarentur, omniumque scelerum fun-damentum esse obliuionem acceptorum beneficiorum exiliimarent, signifi-cabant per Actæonis fabulam non in quosvis, sed in viros bonos tanrum be-neficia conferti conuenire, quia quæ ingratissimæ sunt hominibus, nō solù amittuntur, sed absuntur vires quæ viris bonis adiuuādis forent opportunæ. Ne igitur honori, facultatibus, viceque nostræ infidiliatores nostris sumptibus aleremus, & vt prudentiores essemus omnes in conserendis pro viribus nostris

Mythologiae

nostris beneficiis, hac fabula admonebamur. Significant præterea deuitandam esse omnibus curiositatem, & earum rerum studium, quæ nihil ad nos pertinent: quoniam multis pernicioſa fuit arcanorum coſiliorum principum cognitio.

De Hercole.

UT autem demonstrarent sapientiam esse donum Dei, nullamque virtutem esse sine diuina voluntate, Herculem, qui fortitudo est, & probitas, & animi magnitudo in omnibus vitiis profligandis, voluptatibusque conculcandis, Iouis filium finxerunt: proxime enim ad diuinam naturam vel viuentes accedunt, qui per summam integritatem & beneficentiam in omnes cum summa omnium laude suam gratiam transfigunt. ut autem ad hoc incitemur non erit inutile alienæ virtutis exemplum, atque in primis superbia, & ira, & arrogancia, & animi furor monstra grauissima placanda sunt, omnis crudelitas ex animo tollenda, omnes illegitimi animi motus reprimendi, omnis voluptas parum honesta avertenda, avaritia præterea, rapina, latrocinia viro bono fugienda, subleuandi iniquè oppressi, intemperantia omnis & libido extingueda, ad quam si quis vel paululum conniveat, ab appetentia tanquam rapidissimo fluo deferetur ad multa turpia & viro bono pianè indecora. Atq; cum voluptatum omnium finis sit dolor & miseriz, si quis negliget virtute & animi constantia ad has prolaboratur, is sentiet demum quam miserum sit turpibus cupiditatibus inferuisse.

De Acheloo.

NEQUE elementorum solum procreationem inter se mutuam, aut animalium, aut ventorum ex vaporibus, aut fulminum per fabulas significabat antiqui, sed etiam fluviorum ortum, & rerum singularium generationem. Quare Acheloum Oceani filium dixerunt, cum ex oceano omnis etiam aquæ dulcis natura originem capiat. Quamuis senserunt alii postea ex aere in aquam verso flumina generari.

De Apro Calydonis.

AT vero non unum exemplum, sed plura fabularum nos ad Deorum cultum inuitabant, propositis etiam grauissimis suppliciis illis, qui religionem neglexissent. Sic igitur Cyclops, quia Iouem contemneret, ab Ulyssie obsecratus fuit, & aper Calydonius regionem late deuastauit Aetolorum, quia Oeneus Diana cultum neglexisset. Nam cum nulla calamitas sine Deorum consilio & providentia contingat, tum nihil certe sit horum, nisi propter hominum improbitatem. Nam propter peccata veniunt aduersa.

De Centauris.

AD reprimendam autem temeritatem impiorum & scelerorum hominum, qui libidine & cupiditate ad quævis turpia feruntur, que incommoda pali: sunt centauri per res eorum gellias explicarunt. Nam qui vino immoder-